Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8188
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Et dilatauerunt sup me os suum: dixerunt euge
euge viderunt oculi nri. Vidisti dne ne sileas:
dne ne discedas a me. Exurge & intende iudi
cio meo deus meus et dns meus in causam meam
Iudica me secundum iustitiam tuam dne deus meus: &
ne sup gaudeant mihi. Non dicant in cordibus suis eu
ge euge anime nre: nec dicant deuorabimus eum. Con
fundant et reuereantur: qui gratulantur malis meis
Induant confusione et reuerentia qui maligna lo
quuntur sup me. Exultent et letentur qui volunt iustitiam
meam: et dicant sp magnificetur dns qui volunt
pacem serui eius. Et lingua mea meditabitur iusti
tiam tuam: tota die laudem tuam.
Dixit iniustus vt ne delinquat in semetipso: non
est timor dei ante oculos eius. Quoniam dolose egit
in conspectu eius: ut inueniatur iniquitas eius ad odium
Verba oris eius iniquitas et dolus: noluit intel
ligere vt bene ageret. Iniquitate meditatus est in cu
bili suo: astitit omni vie non bone: malicia autem non
odiuit. Usque in celum misericordia tua et veritas tua vsque
ad nubes. Iustitia tua sicut montes dei iudicia tua
abyssus multa. Homines et iumenta saluabis
dne: quemadmodum multiplicasti misericordiam tua deus
Filii autem hominum: in tegmine alarum tuarum sperabunt
Inebriabuntur ab vberitate domus tue: et tor
rente voluptatis tue potabis eos. Quoniam apud te
est fons vite: & in lumine tuo videbimus lumen
Protende misericordiam tuam scientibus te: et iustitiam
tuam his qui recto sunt corde. Non veniat mihi pes
superbie: & manus peccatoris non moueat me. Ibi